

## **M0007898: Illustrations and text from Butlan: Tacuini Sanitatis (1531)**

### **Publication/Creation**

10 June 1941

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/dacspfjv>

### **License and attribution**

Wellcome Library; GB.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

**Hip. G.** **Purgatio.** De rebus necessarijs est iuuare naturam, ad expellenda superflua. Hoc tamen uidentum est, quod si constipatio fuerit defectu cibi, & siccitatis causa, ordinetur quod cibis multiplicet, & humectetur cū brodijs pinguibus: & offis infusis in liquoribus humidis. Quod si fuerit ex assumptione cibi stiptici præcedentis, qui constipauit, abstineat ab eo. Quod si fuerit ex abundantia cibi, elongetur. Quod si fuerit ex mala complexione, rectificetur mala complexio. Quod si fuerit ex retentiōe urinæ in renibus & uelica, sed ex caliditate acciderit, curetur cū feminibus cōibus, melonibus Indis, & Iudep. Si ex frigiditate, cū feminibus apñ, & feniculi.

**Hip. G. Ru.** **Constipatio.** Si ex frigiditate acciderit, intret balneū, et fricet ibidē. Si ex caliditate, solū cum aqua tepida balneet, et oleo uiol. Quod si uoluerit qd egrediat de Branchos, id est, de aqua ubi fit Branchos, fiat cum aqua mellis gargaristua, abstergens dentes, & cum Masticis masticatiōe. Et expulsio rancofitatis fit cū sternutiōe, & positione faciei supra uapores aquæ calidæ. Et qd in stomacho est, trahendū est cū uomitu: & qd in pectore, cū decoctione ficuū, & radicū lilij, & capillorum Veneris, & cum comestione Buryri. Et si corpus fuerit plectoricum, trahatur humor uincens, cum medicina mundificante & euacuante cum phlebotomia.

**Hip. G. Ru.** **Coitus.** Natura in generatiōe delectatiōe fieri uoluit subitam, ducentem ad finem nobilem generati: ex qua delectatione quā plurima mouentur: quemadmodū anima rationalis. Et hoc accidit, quando fit pruritus qdam & titillatio: et præcipue cum uidetur operari: & etiā cum qs cogitauerit super eo, in somno, seu uigilijs. Et illud qd maxime moderatū ex eo dicitur, est post cuius complementū accidit leuitas, et gaudium. Agens uero, seu coiens, non sit repletus cibo, neq; famelicus: quia accidit opilatio, & desiccatio. Sit & tempus moderatum, & aer non epidimitus, & corpus non paratum ad ægritudinem.

**Hip. G. Ari.** **Sperma.** Est ex superfluitatibus corporis nobilior: propter quod cum eius fit multa educatio, prosternitur uirtus, & accidit inde paralytis, tremor, & ægritudo iuncturarum, pulsatio cordis, sudor, apostema pectoris, & pulmonis, defectus appetitus ciborum, obscuritas uisus, & maxime decrepitis, & illis qui sunt frigide complexionis. Non coeuntibus uero, sed coire somniantibus, accidit animi peruersitas, testiculorū inflatio, uersaliter ægritudines repletionum in corpore, & cerebro.

**Ra. Ior. Bog. Iehu.** **Mundificatoria.** Dentes uero offendit potus aquæ fri. post cibū cal. et Chaloe, et comestio laetis, et ciborū acutorū, et obstupescitio Dentiū, medicinæ uomitiuæ masticatio, regulariter dentes frāgētes, & supflua mūdificatio dentiū. Qui mūdandi sunt cū fustibus botrorū dactyloꝝ, et maxie illoꝝ de Metha. Et corrosio dentiū, lota, cū frustis ramorū perfici mūdificetur. Debent etiā abstergi dentes cū panno linteo madefacto aqua ros. qbus apponendus est puluis confortatiuus, confectus ex ciperis, squinanto, rosis. Et de rebus etiā mundificātibz dentes, sunt carbones nouiter facti ex lignis, & puluis terreus uasorum quæ ueniunt de Seni.

**Maf. G.** **Ebrietas.** Est eleuatio uaporū calidoꝝ ex uino ad cerebra debilia. Cuius cura fit cū exercitio leui, & balneatione aquæ tēperatæ, chaloe, potione syruporū calorem extinguentiū. Et abstinentia cibi curat ebrius, cum fuerit multa ebrietate grauatus: cuius etiā pedes fricentur, & cerebrū confortetur, & ingeniet, ut somnus inducat: ad quod operatio uini circa stomachū, & cerebrum sedat. Deinde cibetur cum cibo facto de caulibus, & cibo de lentibus præparatis cum liquoze muzi saporis, & cum rebus acetosis, & etiā pullis gallinacis præparatis cum liquoze acetoso. Et hæc omnia fieri debent post usum muzorum fructuum.

**Iudæ. us. Gipti anus.** **Foca, &c.** Iuuamentum Ebrietatis est illud, quod conficitur cum succo granatorum. Sed hordeaceum inflat, & speciatum calefacit & desiccet. Quod conficitur de pane, & herbis, est minus inflatiuum hordeaceo: uerum præseruat ab Ebrietate, si syrupo de limonibus, succo agrestis, & Rob, mirtilloꝝ bibens, ante potum uini utatur, & potus duorum dauit cineris samentorum, cum uilleo, & aqua niuis, et potus uini lymphati, & claresfacti paulotenus in camera Septentrionali. Et de proprietate Focæ est, mollificare, & abstergere ebur cum infusum fuerit in eo.

Eligff in minutione manuit, cū sit Luna in mansionibus igneis: deinde in mansionibus aëreis. Nisi luna fuerit i Geminis: & semilunij melius, q plenilunio.

Eligunt ad generationē masculorū, mansiones masculinæ, ex qbus meliores sunt Libra, & Sagittarius: foeminarū uero Pleiades, & Virgo: curet etiā si sit Virgo.

Apta huc que supra fol. n. & seq. Cano. 240

I 2



Purgatio.

Constipatio.

Coitus.

Sperma.

Mundificatiua.

Ebrietas.

Foca.